Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 55
Quelle:
Copyright:

complectitur sacra *Biblia* universa cum Prologis *Hieronymi* et solitis Argumentis, atque hoc Rubrum praefert: *Poczina sie epistola totisto list swateho Jeronima kterużto pise kniezi paulinowi muzi vmielemu. genż biése postal gemu darky a list swoy po ambrożoui mnichu w zkazuge gemu vmysl swoy że bychtiel swiet opustiti. A że ma żado srozumieti pismom swatym. A tieże mohlliby bez nauči tele mieti rozum pisem swatich. A żeby proto s swatym ieronimem rad přebyual. Ktomu geho listu od pouieda swaty ieronim tiento swym listem.* Libri se ordine consueto excipiunt. *Gen.* III. 15. ubi Biblia *Kraliczensia* 1579. habent: *Ono potře, Ipse conteret*, Noster legit: *Onat potře, Ipsa conteret.* Adest *Esdrae Tertius*, qui inscribitur *Secundus. Cantica Canticorum* rubricis Colloquentium interstincta sunt. Epistolam ad *Colossenses* spuria ad *Laodicenses* consequitur. I. *Job.* C. 5. in testimonio terrestri deest: *A ti třie gsu gedno*, id est: *et hi tres unum sunt.* Notulae, quae in marginibus visuntur, aut corrigunt errores Librarii, aut vocem aliter, quam in Textu, versam repraesentant, et id quandoque ad hebraeam lectionem, aut glossulam exhibent. In universum Exemplar istud Biblicum *secundae* Recensionis et quidem emendatioris est. Chronologicae Notae quater occurrunt. Ad calcem *Exodi* Annus 1432. ad calcem L. I. *Esdrae* 1433. cum addito loco *Na Ostromeczi*; fuit autem *Ostrometium* forte *Taboritarum* in *Beronensi* Provincia Castrum; ante *Machabaeos* 1434. demum in fine 1435. ut adeo Calligraphus praestantissimo huic Codici in quartum annum insudaverit. Adscribam totum illius Ἐπιφωνημα: *Tato biblie skonana gest spomoci pana boha a k rożšiřeni geho swateho zakona. z rozkazanie a nakladem Slowutneho a opatrneho mužie pana Filippa z padeřowa. skrze rucie Jana z Prahy Aliaps řečeneho. Leta ot narozenie božieho. Tisicz. Cztyřista. Třidcateho a pateho. w vtery vigilie swatych Petra a Pawla Apòstolow božich.* Quasi dicas: *Ista Biblia finita est cum auxilio Domini Dei ad dilatationem ejus sanctae legis mandato et impensa spectabilis et prudentis Viri Domini Philippi de Padersow per manum Johannis de Praga Aliaps dicti. Anno a Nativitate Dei M. CCCC. XXXV. Die Martis in vigilia Petri et Pauli Apostolorum Dei.* Hic primum moneo, in voce *Aliaps* per literam p lineolam transversim ductam esse, unde vix erret, qui legat *Aliapars*, putetque e *Giný* Alius et *Djl* Pars Scriptorem bohemice *Ginodjl* adpellatum fuisse. Dein *Philippum* illum *de Padersow* seu *Podarsow* Provinciae *Bechiniens.* Praesidio Castri *Ostrometiensis* praefuisse. Denique Codicem e Bibliotheca Equit. *de Straka* pro Palatina coemtum olim a Fratribus *Moravis* ad illustres *Zierotinios* delatum fuisse. Theca enim exterior Scutum eorum gentilitium praefert cum literis K. S. Z. Z. quas Cl. Vir *Joseph*